

- 319 Tenentur nihilominus Regulares in Processu Criminali observare essentialia Juris, & que ad defensionem, ac probationem faciunt.
- 320 Quenam in specie observari debeant?
- 321 Nomina Accusatoris & Testium non semper manifestari sunt Reo etiam petenti.
- 322 Probat.
- 323 Confirmatur.
- 324 Solvitur instantia.
- 325 Debent autem manifestari Reo petenti, quando id servit ad eius defensionem, aut quando certo non constat, id Reo ad nihil servire.
- 326 Probat. efficaciter.
- 327 Satisfit Objectionibus. Et num. seq.
- 329 Scpe debent Reo manifestari nomina Accusatoris & Testium.
- 330 Si Reus non petit, non est necesse ei manifestare nomina prefata.
- 331 Concordat nostra practica Criminalis.
- 332 Respondetur ad declarationem Ludovici de Ameyo.
- 333 Pro Ordine nostro extat prescripta specialis Practica Criminalis plane insignis, Jurisque communi ferè per totum conformis.
- 334 In eam clarè & solide commendatus est P. Ludovici de Ameno.
- 335 Cujus Commentarii Judicibus Regularibus curis, imò & secularibus plurimum serviunt.

313 **Q**ueritur I. An ordo, & ea cuncta, quæ in Jure communi de Processu Criminali, ac pertinentibus ad eum statuta sunt, servari etiam debeant in Processu Criminali Regularium? Resp. Negative. Communis & certa, arg. c. Qualiter & quando. 24. §. fin. h. t. ibi: Hæc tamen ordinem circa Regulares personas non credimus usquequaque servandum, juxta c. olim. 26. Eod.

314 **Q**ueritur II. Quenam Processus Criminalis Regularium specialia habeat? Et quæ in illo omitti, aut necessario observari debeant? Resp. I. Processus Criminalis Regularium plura habet specialia, pluraque in eo omitti possunt. Nam primo is non Ordinaris, sed tantum summaris est, in eoque non nisi simpliciter, & de plano proceditur, c. Olim. 26. h. t. ubi mandata Papa, ut procedatur de plano, & absque judiciorum strepitu: Ratio ibidem subiungitur illis verbis: Cum talibus non deceat servos Dei involvi.

315 **E**t ideo secundo non sunt necessario observanda, sed omitti possunt apices, solemnitates, & rimuli juris: Cujusmodi sunt citatio Rei, die non feriata, libelli correctio in scriptis, litis contestatio, testium multitudo, prolixæ dilationes, sententiæ sedendo prolatio, citationum intervalla, interlocutorie &c. prout bene refert Practica nostra Criminalis Tit. VII. quam formam Juris §. 2. & patet ex Clem. Sæpe contingit, de V. S. ubi Papa declarat, quod quando summaris seu simpliciter, & de plano proceditur, hæc necessario servari non debeant.

316 **T**ertio. Quod Prelati Regulares facilius, quam Prelati seculares amoveri possint à suis administrationibus, leviorisque ad id casus, ac probationes sufficient, arg. cit. c. qualiter. & quando 24. §. fin. h. t. ibi: quæ personæ Regulares cum causa requirunt, & liberius à suis possint administrationibus amoveri.

317 **Q**uarto. Juxta communem DD. uti videre est apud Engel h. t. num. 27. etiam illud speciale habet Processus Regularis, quod depositiones quidem, non verò nomina testium Reo communicari possint, ac debeant: idque probare nituntur ex c. Qualiter, & quando. 24. h. t. ubi licet præceptum sit: non solum dicta, sed etiam nomina testium sunt ei (Reo videlicet) ut quid, & à quo sit, dictum, appa-

reat, publicanda, tamen ad finem additur clausula limitans supra jam allegata: Hinc tamen ordinem circa personas Regulares, non credimus usquequaque servandum. Rationem dant; quia si nomina testium publicarentur, periculum esset discordiæ, inimicitie, & aversionis animorum, quæ apud Regulares ut octo vitandæ sunt. Verum hæc quantumvis communis doctrina non videtur vera, utpote necessaria defensionem Rei Jure naturali debita contraria, prout solide demonstrat Ludovicus de Ameno à numer. 26. ubi e contra absolute docet, etiam in Processu Regularium tam nomina, quam dicta, seu depositiones testium esse communicanda Reo. Cui tamen absolute adherere etiam non possumus, sed mediâ via, & tam naturali quam positivo communi, & Municipali Juri conformiter in hoc puncto incedemus juxta dicenda infra à num. 321.

**Q**uinto. Illud etiam speciale habet Processus Regularis, quod formari valeat juxta rationabiles consuetudines, & statuta Generalia cujusvis Ordinis, prout à Bonifacio VIII. Dominicanis, & per consequens etiam alius communicationem privilegiorum habentibus concessum fuit in constitutione, Ad augmentum; quæ est quarta dicti Bonifacii, in 1. Tom. Bull. ibi: Ad correctiones & punitiones Fratrum vinctis, & apicibus Juris postpositis, liberè procedere valeant secundum consuetudines approbatas, & Generalia facti, vel etiam facienda ipsius Ordinis statuta.

318 **R**esp. II. Quamvis juxta dicta Regulares in formandis suis Processibus criminalibus non teneantur ad apices & solemnitates Juris, possintque excluso ordinario Processu summaris ac de plano procedere, tenentur nihilominus ad essentialia Juris, & ad ea quæ ad probationem, vel defensionem requiruntur aut faciunt, ac quæ sunt de substantia Processus summaris. Communis ac certa. Ratio est; quia Regulares in puncto Processus non omnino seu totaliter, sed aliquantum solummodo eximuntur à Jure communi, in tantum nempe, in quantum non usquequaque tenentur ad Processum Ordinarium, juxta solemnitates & apices Juris, sed possint procedere summaris, seu de plano & simpliciter arg. cit. c. qualiter, & quando. h. t. & c. Olim. eod. atqui etiam ad Processum summarium, in quo de plano ac simpliciter proceditur, requiruntur essentialia Juris, debentque necessario servari illa omnia, quæ ad probationem, vel defensionem requiruntur, aut faciunt, arg. Clem. Sæpe contingit, de V. S. ubi Papa, postquam declaravit, quid sit de plano procedere, & quæ in tali Processu possint omitti, explicavit, statim subiunxit: Non sic tamen Judex abbreviet, quin probationes necessarias, & defensiones admittantur. Citationem verò, & præstationem juramenti de calumnia vel malitia, sive de veritate decidenda, ne occurrat occultator, per commissionem hujusmodi (procedendo de plano) intelligimus, non excludi.

319 **I**nteritur proin, ea que in Libro II. de Foro competenti, & Testibus, de Probationibus, & Fide instrumentorum &c. diximus, sicut & alia, quæ, & in quantum ad probationem & defensionem, veritatemque eruendam, ac justè iudicandum faciunt, aut requiruntur, etiam in Processu Regularium observari debent.

**U**t autem etiam in specie sciantur essentialia, seu necessaria Juris requirita ad Processum Regularem, aliqua saltem, tamen nonnisi compendiosè, & remissivè adducemus.

320 **I**taque etiam ad Processum Criminalem Regularem necessario requiritur I. Ut nullus instituat sine prævia legitima Accusatione, vel Denun-

39 **§. VII. De Processu Criminali Regularium &c.**

tiatione Judiciali, vel infamia aut indicio, aut aliis vices Accusatoris agentibus, & causam inquirendi ex Officio præbentibus, vel Exceptione. Ratio est; quia substantiale juris est, ne idem simul sit Accusator & Judex, contra vulgaria Juris.

II. Ut adit Judex competens, per dicta II. Tit. I. & II.

III. Ut Libellus sive in scriptis, sive ad Protocollo detur, habeat necessaria requisita juxta dicta supra num. 8.

IV. Ut inhabiles ad accusandum, vel denunciandum non admittantur per dicta à num. 15. & num. 85.

V. Ut Notarius publicus per Aduario adhibeatur.

VI. Ut tam Accusator, quam Denunciator adigantur ad præstandum juramentum Calumnie. Clem. Sæpe contingit, de V. S.

VII. Ut testes tam pro, quam contra Reum nonnisi præstito juramento Calumnie audiantur. arg. cit. Clem. de V. S.

VIII. Ut Reus legitime citetur, & inaudit nisi contumax non condemnentur.

IX. Ut tempus sufficienti ad probationes & defensiones concedatur.

X. Ut Reo articuli, aut saltem dicta testium pro sua defensione communicentur, arg. c. qualiter, & quando b. t.

XI. Ut Reo petenti Consiliarius peritus, seu Patronus idoneus tanquam Advocatus concedatur.

XII. Ut justæ rei exceptiones admittantur, testesque ab eo nominati, super interrogatoriis, vel articulis ab eo justè propositis legitime examinentur.

XIII. Ut Reus nonnisi confessus, vel convictus ad penam ordinariam condemnentur.

XIV. Ut sententia secundum allegata & probata, Jurique conformiter, & quidem judice præsentate legitime feratur, & publicetur, per dicta Lib. II. Tit. de sententia & re judicata.

XV. Ut Appellationes justæ non item frivole, aut frustratorie admittantur juxta dicta Lib. II. Tit. XXVIII. de Appellat.

XVI. Ut Ordinis statuta circa Processum Criminalem præscripta serventur.

Hæc & plura alia ad probationes & defensiones, eruendamque veritatem à jure præscripta, etiam in processu Regulari necessario observari debent; de quibus amplius suo loco. Nec in his est aliqua controversia inter DD. bene verò controversitur, num Reo una cum articulis & depositionibus testium, etiam nomina Accusatoris, vel Denuntiatoris judicialis, ac testium in Processu Regularium sint communicanda? pro cuius Decisione sit specialis etiam Conclusio sequens.

321 **R**esp. III. Non quidem semper, sed tamen in omni, & solo illo casu præter articulos & depositiones testium, etiam nomina eorum sicut & Accusatoris, vel Denuntiatoris judicialis Reo petenti communicari debent, quando Judex ipse vel positivè censet, notitiam dictorum nominum Reo pro defensione servire posse; vel quando saltem non apparet, quod eidem talis nominum notitia ad defensionem nullatenus serviat, & consequenter Justitia nullatenus pariatur, et si illi nomina non manifestentur. Prima pars Conclusionis, quod non semper communicari debeant nomina Accusatoris & testium, est communissima Doctrina, utpote universaliter & absolute volentium, quod nunquam, & per consequens à fortiori non semper communicari debeant. Est tamen contra Ludovicum de Ameno in Practica sua cri-

39 **minali Tit. Patronus. XX. §. IV.** universaliter docentem, quod Reo petenti non tantum Articuli, & depositiones, sed etiam Nomina Accusatoris & Testium sint communicanda. Præbatur autem Conclusio nostra ex cit. c. qualiter, & quando. 24. §. fin. h. t. ubi post dispositionem communem de communicandis Reo Nominibus Testium, expressè dicitur, Hunc ordinem circa personas Regulares non credimus usquequaque esse observandum: ubi notandus terminus usquequaque, id est non omnia; nec in omni casu, sed tantum, in quantum ad probationes & defensiones, eruendamque veritatem, & justitiam rite administrandam necessaria & conducentia sunt.

322 **R**atio est; quia jura hoc ipso, quod disponant, Regulares in suis Processibus non teneri ad apices & rimulos, nec ad communem, & ordinarium Processum Juris, sed posse summaris procedere, simpliciter & de plano, arg. c. qualiter & quando. 24. & c. Olim. h. t. voluerunt, ut lites apud illos pro possibili abbrevientur, & consequenter omittantur, & amputentur, quæ nec ad essentialia Juris, nec ad defensionem vel probationem, eruendamque veritatem spectarent; hoc enim importat procedere summaris, & de plano, juxta dicta superius, argument. cit. Clement. Sæpe contingit, de V. S. ibi: Litem quantum poterit, facias breviorum; atqui sæpe contingit, evidenter constare, quod communicatio, seu publicatio nominum Testium, Reo ad defensionem suam minime serviat; facta autem litem inutiliter protrahat, utpote ansam præbens, ut Reus omni nisi effi frustrandè conetur, quatenus contra testes quid exceptione dignum asserat &c. ergo non semper, nec ordinariè fieri debet. Major caret contro-

323 **M**inor parit experientiâ multiplici docente, sæpe constare ex Processu, crimen, de quo quis accusatus, denunciatus aut inquisitus existit, plene esse probatum per Testes omni exceptione ita majores, ut evidenter appareat, reum nihil posse excipere contra illos, consequenter eidem pro sua defensione minime servire, si nomina Testium eadem communicentur; ergo in hujusmodi casibus talis nominum publicatio, utpote inutilis, & non necessaria, omitti potest, arg. cit. Clem. Sæpe contingit, de V. S. Idem videtur esse in casu, quod ex Processu constat, quod, uti sæpe fit, Reus crimen jam sit confessus; profecto enim non apparet, ad quid serviat, si ei in tali casu communicentur nomina Testium; cum, etsi contra illos legitime excipere posset, nihilominus ex propria confessione condemnaretur. Hinc in hujusmodi casibus Judex Reo petenti manifestationem nominum negare potest, eumque assecurare, quod non fiat ex injuria; cum evidenter pateat, non posse fieri utilem aliquam exceptionem contra Testes.

324 **C**onfirmatur. Jura concedendo Regularibus Processum summarium & de plano, volvere præter lites abbreviationem, specialiter etiam consulere paci, & concordie Regularium, & consequenter ea cuncta amputare, quæ ansam discordiarum, aversionum, rancorum & inimicitiarum præbere possent, c. Olim h. t. dummodò salvâ necessariâ probatione, & defensione, salvâque justitiâ omitti queant, arg. cit. Clem. Sæpe contingit, de V. S. atqui certum est, ansam & periculum esse discordiarum & aversionum inter Regulares, si nomina Accusatorum, & Testium Reis manifestarentur; ergo talis manifestatio omitti potest saltem in casu, quo ad probationem, & defensionem minime necessaria appareat; uti juxta dicta num. præced. sæpe contingit.

224 Nec faciunt contra hanc conclusionem, quæ loc. cit. adducit Ludovicus de Ameno; quia tantum probant, debere Reo communicari nomina Testium, & Accusatoris, quando talis manifestatio ei fervire potest pro defensione, aut quando certo non constat, inutilem esse talem communicationem, quod etiam nos concedimus, non item universaliter, seu in omni casu & semper, quod negamus.

225 Altera pars Conclusionis, videlicet, quod tunc saltem Reo communicari debeant una cum articulis, & depositionibus, etiam nomine Accusatoris, vel Denuntiatoris, ac Testium, quando ei pro defensione fervire possunt, aut quando certo non apparet, talem manifestationem esse pro defensione Rei proflus inutilem, est contra communem DD. absolutè volentium, dicta nomina nunquam manifestari debere Reo apud Regulares: Eam tamen efficaciter tueretur Ludovicus de Ameno in *Practica Criminali cit. Tit. Patronus. 20. §. 4.* hoc ipso, quod ibidem doceat, dictam manifestationem semper fieri debere, quod etiam docet Rodriguez *Tom. 2. q. 16. a. 1. in fine.*

226 Probat ergo hæc pars Conclusionis. Defensio competit Reo jure naturali, per vulgaria; ergo quæ ad illam fervire, & facere possunt, sunt eadem jure naturæ concedenda; atqui sæpè Reo servit pro defensione sua, si habet individualem cognitionem Testium: sæpè enim contingit, quod Testes non sint omni exceptione majores, contra quos proin legitime excipere, sicque defendere se potest Reus, juxta dicta *Lib. II. Tr. XX. de Testib. & Attest. præsertim si est inimicus Rei; inimicitia liquidè reddit inhabilem testem, & annullat in quacunque causa etiam Criminum exceptorum, juxta dicta cit. Lib. II. Tr. XX. §. 5. numer. 133.* Item ex hac cognitione personarum testantium Reus se subinde defendere potest ostendendo, aut probando v. g. Testem tunc temporis non fuisse in loco, ubi deponit, se delictum vidisse. Pariter excipere potest contra Accusatorem, vel Denuntiatorem, ostendendo v. g. ipsum esse inhabilem ad accusandum, juxta dicta a numer. 16. Quibus, & aliis hujusmodi defensionis mediis planè privatur Reus, si nomina præfata eidem non manifestantur; quomodo enim contra personam Testis, vel Accusatoris excipere, & se defendere potest, si ignorat, quis eum accusarit, aut quis contra illum testatus sit.

Nec quidquam in contrarium probat, quod communis DD. pro se allegat c. *Qualiter, & quando. §. fin. d. 2.* ubi ab ordine juris eximitur Processus Regularium, illis verbis: *Hunc tamen ordinem circa Regulares personas non credimus usquequaque servandum.* Nam contra est, quod per hunc textum, uti patet, non usquequaque, id est, non universaliter & simpliciter, nec semper & pro omni casu eximantur a juris ordine in eodem Capitulo antecessenter præscripto, sed tantum à rimulis, apicibus, & solemnitatibus juris, non item ab essentialibus ejusdem, nec ab iis, quæ ad probationem, & defensionem requiruntur; consequenter nec à publicatione nominum Testium, casu quo ad defensionem Rei servit, prout sæpè contingit.

227 Nec quidquam probat ratio, quam communis DD. pro sua opinione allegat, dicendo, ex tali manifestatione Denuntiatoris & Testium sequi periculum discordiarum, & aversionis animorum inter Regulares. Nam contra est, quod magis sit cavendum periculum injusitiæ, & ne innocens carens defensionis mediis damnatur, & ne quis honestus vir à malignis Detraкторibus, & Testibus colludentibus ab omni manifestationis pericu-

lo semper securis inique deferri, & diffamari valeat, quam periculum discordiarum. Imò etiam respectu ipsorum Accusatorum, Denuntiatorum, & Testium, periculum discordiarum, quod eis evenire potest, levius est audacia, quam ex furtivè dictis, & nominibus eorum sumere possent ad falsè, confusè, temereque deponendum, ut bene advertit Rodriguez *Tom. 2. qq. Regul. quæst. 16. a. 1. in fine.* Hinc sufficere debet Accusatoribus, Denuntiatoribus, & Testibus, quod nomina eorum non manifestentur, casu quo evidentè apparet, talem manifestationem Reo pro defensione non esse necessariam, nec fervire, prout dicit prima pars Conclusionis.

Dices, si apparet exceptio contra Accusatorem, vel Testes, potest & debet ipse Judex ex Officio illos repellere juxta dicta *Lib. II. Tr. XX. de Testib. §. II. & III.* ergo non est necesse, nec expediat, ut cum periculo discordiarum nomina manifestentur Reis. Resp. Sæpè contingere, quod una, vel alia inhabilitas aut causa exceptionis contra Accusatorem, vel Testes lateat, & abscondatur, indeque Judex eam ignoret, & consequenter ex ignorantia invincibili eas pro habitibus admittat; Reus econtrà hujusmodi inhabilitatis, vel causæ excipiendi noticiam forsitan habeat, aut habere possit; præsertim cum in causa tanquam sibi propria magis quam Judex indagare, & eam examinare censetur; consequenter defensio jure naturæ debita requirit, ut, si judici evidentè non appareat, Accusatorem, & testes esse omni exceptione majores, nec quidquam fervire Reo, est eidem Nomina præfata manifestentur, illa eidem pro sua defensione manifestet.

Ex quo inferitur, quod cum persæpè Judex evidentè & certo scire non valeat, an non Accusator, Denuntiator, vel Testis occultè inhabilitate, vel causæ Exceptionis laboret, eamque ipse Judex ignoret, Reus verò forsitan sciat, & consequenter contra eum excipere, sicque defendere se valeat, profectò persæpè etiam dicta nomina Reo petenti manifestanda sunt.

Dicitur autem notanter in Conclusionè *nu. 321. 329* postà: *Reo petenti communicari defensionis mediis planè privatur Reus, si nomina præfata eidem non manifestantur; quomodo enim contra personam Testis, vel Accusatoris excipere, & se defendere potest, si ignorat, quis eum accusarit, aut quis contra illum testatus sit.*

Conclusio *num. 321. postà.* & hætenus probata quoad utramque partem videtur planè conformis Practicæ Criminali Ordinariis nostris, ubi *cit. Tit. Patronus. XX. §. IV.* ita statutum habetur: *Nomina verò Accusatorum, & Testium nullo modo Reis vel petentibus, vel non petentibus, communicanda sunt, nisi ubi, & quando eorum judicio in oppositione alicujus gravis, & infamatorii criminis justitia periclitaretur, nam eo casu, si Reus petat Accusantium, & Testium nomina sibi notificari, non est ei denegandum.* Subjungitur dein consilium bonum per modum cautelæ illis verbis: *Potevit tamen Judex eà uti cautè, ut Testium nomina à Depositionibus separata assignent. Melius etiam futurum credimus, si in casu, quo innocentie detrimentum pareretur, ex suppressione Nominum Accusatoris & Testium, quod Judex in sua Aula ostendat Processum Patrono, vel Procuratori Rei, eamque diligenter illustrari faciat, impositò præcepto, & exactò juramento, de servando secreto, talium nominum publicationem. Remittitur tamen pro & prudenti Judicis alterutrum Reis exhibere, prout timor Dei, fraternitas charitas, & justitiæ defensio suaserit.*

Hæc dispositio, ut patet, idem planè vult, quod Conclusio nostra, videlicet, quod Reo etiam petenti nomina Accusatorum & testium non sint

ma

manifestanda, nisi aliàs justitia periclitaretur; quod idem est, ac dicere, non semper sunt manifestanda, sed tunc tantum, quando horum notitia Reo ad sui defensionem fervire forsitan potest; quia si tali casu negaretur, justitia utique periclitaretur ex eo, quod denegarentur Reo media defensionis debita jure naturali juxta dicta.

322 Ludovicus de Ameno suam sententiam mantentere volens, conatur quidem hunc textum explicare dicendo, eum loqui de casu, quo Civiliter, & non Criminaliter agitur, contra Regularem vel de casu Visitationis ordinariæ. Verùm cum venia tanti viri loquendo, hæc explicatio videtur potius torquere textum, quam sensum ejusdem aperire; nam ex Rubrica Practicæ evidentè patet, quod in ea sit fermo de Criminali Processu, & non de Civili, nec in præfato textu esse possit fermo de Visitatione ordinariæ, utpote quæ est Inquisitio Generalis & paterna nullum requirens, aut supponens verum Accusatorem, Reum, & Testes, de quibus tamen ibi loquitur textus.

323 Queritur III. An, & quæ specialia habeantur circa Processum Criminalem in Ordine nostro Seraphico? Resp. Quamvis habeamus in ordine nostro speciale Practicam Criminalem, juxta quam vi statutorum Generalium *cap. 10. §. 1. numer. 11.* sub pena nullitatis formare debemus Processus criminales, tamen præfata nostra Practica criminalis fore in omnibus conformis est juri communi, utpote ex eodem compendioso collecta, ad eò, ut quæ de jure communi circa Criminales Processus Regularium disposita, & concessa inveniantur, etiam in memorata Practica contineantur, paucis, quæ specialiter pro Ordine faciunt, exceptis, prout patet ex Titulo, seu Rubrica allegatæ Practicæ ita fonante: *Practica Criminalis ad sanctè administrandum justitiam in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Regularis observantia juxta præscriptum statutorum Generalium, ex SS. Canonibus, & probatis Auctoribus compendiosè collecta, Generali Capitulo Romano 1639, probante, & mandante.*

324 Et licet Practicæ hæc Criminalis juri conformis sit, solida, clara, & planè insignis, tamen quia etiam compendiosa est, & ferè in cunctis noticiam Juris communis supponens, Glossam & Commentarios desiderabat, hoc ipso, quod non omnes judices Regulares æqualem jurium noticiam habeant, & vel idèò memoratam Practicam sufficienter non penetrant. Hinc Ludovicus de Ameno Reformate Provincie Trident. Lector Emeritus, vir profundè doctus, & maxime expertus, in Practicam præfaram glossatus, & commentatus est, edendo integrum Tomum in Folio (cui Titulus, *practica Criminalis Illustrata Est.*) in quo prius semper ponit textum Practicæ Criminalis, dein eum explicat & declarat, practicisque Questionibus, miraque claritate, & soliditate pro præter rem totam ita ad captum proponit, ut vix aliquid amplius desiderari possit. Quapropter etiam Capitulum Generale Victoriense statuit, ut dictum Authorem impostero sequeantur Judices nostri Regulares in formatandis processibus criminibus; prout videre est in statutis memorati Capituli Generalis *fol. 39.*

325 Porro præfata P. Ludovici de Ameno *Practica Criminalis Illustrata*, ita est composita, ut non tantum nostræ, sed etiam aliarum Religionum Superioribus & Judicibus, imò etiam secularibus Judicibus apprime serviat. Invenitur etiam in Compendio Sanctorum de Melphi ad finem.

Compendiosa, & clara Instructio practica rite formati Processum Criminalem apud Regulares, præsertim in Ordine nostro Seraphico.

## SUMMARIUM.

326 Causa tradendi hanc Instructionem, & modus scribendi de illa.

327 Adjungitur integer Processus formalis Criminalis: & quomodo?

328 Processus criminalis ordinariè institui nequit sine præcedente Accusatione, vel denuntiatione, vel exceptione, vel infamia, iudicis, aut aliis causam præsentibus Processum ab Inquisitione formati.

329 Nisi crimen sit notorium, aut in flagranti deprehensum.

Quamvis juxta dicta §. *præced.* pro Ordine nostro pulcherrima jam exet Practica Criminalis, & insigniter in eam practicè simul & theoreticè commentatus sit P. Ludovicus de Ameno, nihilominus quia memorata Practica, utpote Municipialis, non præ quavis Religione plenè quadrat, nec pro quovis Judice Ordinis etiam nostri sufficit, & insuper Commentarij dicti Ludovici de Ameno valde prolixi sunt, ita ut Superiores & Judices ob temporis angustias, & negotiorum copiam ea, quæ pro servando debito Juris ordine & formâ, scitu necessaria, vel utilia, sunt, legere & conquerere non semper possint; consultum judicavimus, compendiosam hic annexere Instructionem, eamque ita simplicem & claram, ut quisvis etiam minus peritus in Jure facile scire valeat, quomodo in Religione Processum Criminalem à principio usque ad finem instituitere possit, ac debeat.

Pro cujus majori claritate & facilitate integrum 327 adjungimus Processum formalem, ut in Jure minus peritus, vel in causa Criminali minus expertus Judex in exemplo videre valeat, qualiter instructio hæc practica in praxin actu deducatur. Processus huic formalis immiscetur breves instructiones practicæ, ita tamen, ut hæc literis Typi ordinarij, ipse autem Processus literis cursivis exprimat, quatenus qui desiderat aliquem Processum integrum rite formatum, quasi ex Protocollo legere, id habere possit; dummodo omittis iis, quæ ordinarij Typi literis exprimuntur; legat ea, quæ literis cursivis (uti vocantur) comprehenduntur. Econtrà qui de quavis parte Processus compendiosè intrin cupit, instructionem practicam cujusvis annexam ad manus habeat. Ubi tamen benevolens Lectorem monitum volumus, quòd, quia non pro doctoribus in Jure, vel bene practicatis, sed pro minus peritis in Jure, minulve expertis in causa Criminali, & quidem non nisi compendiosè hæc scribimus, simpliciter tantum, & breviter incedamus, nil vel parum ex Jure, vel Doctoribus sumus allegaturi, probaturi, aut dicturi, doctrinam tamen securam tradituri, ejus probationes, & fundamenta aliunde supponentes, præsertim ex *Lib. II. Titulus v. g. de Libelli Oblatione, de Juramento Calumnia, de Dolo, & Convictoria, de Confessione, de Atestationibus, de Fide instrumentorum, de Præsumptionibus, de Exceptionibus, de Sententia, & re judicata, de Appellationibus &c.*

42 Et quia nihilominus §. prefens valde longus erit, illum in plures sub §. dividemus, cuius Rubricam & Summarium addentes pro maiore claritate.
338 Ceterum Lector ob prolixitatem huius §. non terreatur; quia dum Processum a Tit. vel passivus habet, non est necesse totam hanc materiam simul legere, sed sufficit, & proposito suo satisfaciunt, si unum sub §. post alium, semper nempe illum legat, de cuius obiecto pro tempore agere habebit, ordinem & seriem videbit ex Elencho ad initium Libri posita.
339 Sciendum itaque in primis, & bene notandum, quod cum ordinariè Processus Criminalis non nisi quadruplici viâ instrui queat, videlicet vel mediâ Accufatione, vel Denuntiatione Judiciali, Inquisitione, vel Exceptione, Iudex Processum instituere non debeat, nec possit, si nemo accusat, vel Judicialiter denuntiat, nec adest infamia, vel indicia, aut alia ad inquirendum requisita, juxta dicta supra §. proced.

De Praxi formandi Processum viâ Accufationis institutum.

SUMMARIUM.

- 340 Si per Accufationem instituitur Processus, debet Accufator prius Iudici ordinario offerre libellum, vel ei insinuare, quod accusare velit.
341 Dein liberum est Iudici ordinario, an per se, vel Delegatum instituere velit Processum. Quinam & quomodo delegari possint, aut debeant? Ibid.
342 Delegatus ante omnia quid facere debeat?
343 An, & quando Delegatus Iudex habeat præcedentiam ante Superiorem localem?
344 Queritur I. Qualiter in praxi institui, & formari debeat Processus Criminalis per modum vel viam Accufationis? Resp. per viam Accufationis Processus apud Regulares taliter instituitur. In primis requiritur, ut adest Accufator Iudici ordinario (qui apud nos A. R. P. Provincialis) libellum Accufationis debite formatum juxta exemplar. nu. 354. præfens offerat, vel absentem mittat. Potest autem etiam Accufator, si vult, prius, id est, ante libelli oblationem orotenus, vel per litteras Iudici insinuare, quod Reum aliquem de certo crimine accusare intendat; idque adeo, ut Iudex ordinarius se præparare, & Notarium, ut pro Actuuario interserviat, creare, & deputare (nisi jam aliquis adit; prout in pluribus Provinciis sunt Secretarii Provincie) cum eoque vel ipse in persona, vel per Delegatum rite, ac Judicialiter inchoare valeat Processum.
Acceptio libellò, vel insinuatione Accufationis præcepta Iudex Ordinarius debet citare vel vocare Accufatorem, tum ut coram se, vel coram delegato libellum personaliter offerat; tum ut iuramentum calumnie, vel potius malitiæ præstet juxta dicenda infra n. 349.
Si per Iudicem delegatum Processum instituit Iudex ordinarius, debet ei in forma debita suam jurisdictionem per scriptas Patentes delegare, ut

isdem legitime se valeat Delegatus, & ipsa delegatio Actis inferri queat. Ubi attendendum, ut non nisi debite qualificatus delegetur: quasnam verò qualitates delegandus habere debeat in Ordine nostro, habetur in Practica Criminali Tit. I. quid Iudex, & ibi Ludovicus de Ameno. Solum notandum, quod apud nos Guardianus non possit delegari ab A. R. P. Provinciali, nisi gaudeat qualitatibus loc. cit. requisitis. Porro in Patentibus delegativis debet ordinarius exprimere, an utique ad sententiam definitivam inclusivè, vel exclusivè jurisdictionem deleget. Forma autem delegandi potest esse sequens, vel similis, quam habet Ludovicus de Ameno in Formular. Criminal. Sect. II. num. 46.

Nos F. N. Minister Provincialis Dilecto nobis in Christo R. P. N. N. salutem in Domino, qui est vera salus.

Exigit muneris nostri ratio, exacta boni Pastoris diligentia, omnem curam Ovis à Deo nobis commissa habere, ita ut Oves nostre custodie demandatas, non solum suavi exhortationis sibilo ad salutis pascua dirigamus, & virtute deficientes medicinalibus correctionibus sanemus, sed etiam devotas à semita recludimus, & per culpam præcipua errantes adhibita rigoris virgâ ad causam reducamus. Cum igitur ex Accufatione coram nobis producta, vel ex Denuntiatione Judiciali orotenus, vel per litteras, quas hic accludimus nobis facta, vel ex fama ad nos delata, non sine animi dolore intelleximus, F. N. in Conventu N. de Familia commorante, diabolo instigante commississe &c. (Hic recensentur delicta Rei processandi) nos verò Officii nostri gravissimis negotiis implicati, judicialem indaginem debitam personaliter instituire non valeamus, cogimur hoc munus alteri delegare. Tibi ergo, cuius prudentia, Jurium peritia, rerum Criminalium praxi, ac junctus discretioni Zelus nobis abundè sunt perspecta, Provinciam nostram duximus, demandare; prout harrum serie Te Iudicem nostrum delegatum constituimus, Tibique committimus, ut assumpto tibi bene viso socio, & Actuario (quem prius in Notarium debite crees) ad memoratum Conventum te conferas, & super præfato delinquente ac delictis ejusdem Processum Criminales usque ad sententiam definitivam exclusivè, vel inclusivè instituas; pro quo omnem nostram facultatem ac potestatem necessariam, & opportunitatem delegamus. Proinde omnibus, & singulis dicti Conventus præcipimus, ut Te tanquam Iudicem nostrum delegatum recipiant, & agnoscant, atque in hac causa, ac spectantibus ad eam, tibi ut nobis obediant sub penis per Constitutiones nostras contra Rebeldes & contumaces latis. Data.

Ego F. N. Minister Provincialis.

Delegatus, si format Processum, debet ante omnia se legitime, faciendo, ut in Conventu, vel Monasterio, ubi Jurisdictionem exercet, ejus delegatio publice legatur; nisi magis expediret, ut coram aliquibus Discretis in secreto fiat legitimitio, ne Reus fugiat, aut subornet testes; prout facile contingere potest: quia in hoc casu non tantum Iudex ordinarius, sed etiam delegatus Reum ad carcerem per modum custodiæ detrudere potest, ac debet, per dicenda infra num. 398. & seq. & sufficit legitimationem coram discretis fieri.

Vi Delegationis nulla competit Delegato ad causam Criminalem præcedentia extra locum judicii, consequenter nullatenus procedere potest Superiorem localem extra judicium, nisi Ordinarius aliter disponat, vel nisi contra ipsum Superiorem localem Processus esset formandus, uti be-

ne advertit Ludovicus de Ameno in Practica Criminal. Tit. I. Quid Iudex. §. 4. quest. 18. m. 143. vel nisi Superior Accufator, aut Denuntiator, & consequenter Actor esset, tunc enim æque ac Reus est principalis persona ad judicium requisita, iudici à principio usque ad finem specialiter subiecta. Tres siquidem persone principales ad judicium requiruntur, videlicet Actor, Reus, & Iudex, inter quas Iudex respectu duarum aliarum durante judicio est legitimus Superior, cui Actor non minus quam Reus est specialiter & continuò subiectus, & usque ad sententiam necdum securus, an non contra ipsum potius, quam contra Reum sententia feratur, ipseque ad penam Talionis, vel calumniatoris prout fieri debet partim juxta dicta supra, partim juxta dicenda Tit. seq. Hinc sicut ex eo, quod Superior localis ut Reus sit persona principalis judicii, indeque specialiter iudici etiam delegato subiectus, Delegatus illum in, & extra judicium etiam in publico Refectorio præcedit. Quod in Ordine nostro olim jam declaratum existit; Nam teste Ludovico de Ameno Iudex delegatus præcedit Superiorem localem etiam extra locum judicii, quando lis est inter Caput & Membra; prout reverè est, si Superior localis est Actor Judicialis, & Subditus Reus.

De Creatione Notarii, initio Processus, & Libelli Oblatione.

SUMMARIUM.

- 344 Iudex ante omnes alios Jurisdictionis actus debet creare Notarium: quare, & quomodo? Et num. seq.
346 Expediit subinde, statim ab initio adhibere Assesores, quando autem constituitur, & examinatur Reus, necesse est: quales debeant esse? Ibid.
347 Forma incipiendi Processum, si Iudex adest ordinarius.
348 Forma, si adest Iudex delegatus.
349 Citatio Accufatoris, oblatio & acceptatio Libelli.
350 Juramentum Calumnie quid? & quomodo præstetur à Sacerdote? & quomodo à Laico?
351 Libellus quid? & quomodo debeat esse formatus?
352 Expediit ut articulatus, & cum denuntiatione Testium offeratur. Et num. seq.
353 Quamvis non teneatur statim denominare Testes, & edere probationes, sed sufficiat, si eum tempore successivè id fiat.
354 Forma Libelli Articuli cum denominatione Testium.
355 Alia forma.

Acta Legitimatione debet Iudex delegatus ante omnes alios actus jurisdictionis sibi creare Notarium publicum (nisi à iudice ordinario jam sit deputatus, vel creatus) quod etiam ante omnes actus in Processu facere debet Iudex ordinarius, si ipse in persona Processum format: Cum enim ad hoc, ut Actus in judicio sit legales, & authentici, fidemque publicam mereantur, scribi debeant vel à Notario publico, vel à duobus Scriptoribus idoneis, arg. c. Quoniam, de Probat. &c. Ut officium de Heret. consequens est, ut ante omnes alios actus creetur Notarius (quo siquidem Scriptores non amplius sunt in usu ut subsequenter Actibus fidem publicam faciat. Creato Notario debet dein à iudice deferri, & à Notario præfari iuramentum de Officio fideliter

exequendo, idque totum fieri debet in præsentia duorum tertium, & Actis inferri, cum subscriptione præfatorum testium, ut de creatione, & iuramento Notarii tanquam parte essentiali judicii ex Actis legitime constat.

Forma creandi Notarium facilis est, plus enim non requirit, quam ut Iudex sive Ordinarius, sive Delegatus coram duobus testibus ad id vocatis, hæc aut similia dicat: Notum est Patres NN. quod ad Processum rite formandum omnino requiratur Notarius publicus, ut Actis, que ut Actuarius scribere debet, fidem publicam faciat; hinc in vestra tanquam testium ad id specialiter rogatorum præsentia hunc NN. ex competente nobis privilegio Apostolico in Notarium publicum de factò creamus, creatum pro Actuario deputamus, eique iuramentum de Officio, fideliter exequendo imponemus; quod deputatus Actuarius illic etiam in præsentia testium deponit, more Sacerdotibus confueto; tangens nempe manu pectus, & dicens v. g. Juro per Deum quod velim Officium meum fideliter exequi.

Poterit etiam, & si arduitas cause, vel Rei nequitia specialis adest, expedire, deputare duos Assesores; quamvis enim sola præsentia Iudicis & Notarii plenam faciat fidem in judicio, tamen quia subinde Rei tam multoties sunt, ut neget aliquando jam confessi, Judicem, vel Notarium de falsitate insimulant, Protocolium fidei publicæ proclamatione, justitiam sibi denegari lamententur &c. Omnino conducit adhibere duos Assesores, ut Iudex à dicitis ob loquentium se immunem reddat. Ubi per Assesores hic intelligimus peritos in Jure, & expertos in re Criminali; sed viros omni exceptione majores, qui quasi testes adfunt pro majori fide Processus rite & fideliter formati: quamvis loco horum duos, vel saltem unum in jure peritum & expertum adhibere possit Iudex, & ut adhiberet, sæpè necesse foret, prout pluribus demonstrat Ludovicus de Ameno in Pract. Criminal. Tit. Canonis III. quest. 5. num. 117. Porro, si ab initio Processus non adhibentur Assesores, saltem ex tunc adhibeantur, quando constituitur, & examinatur Reus, idque ob rationes dictas, & dicitur adhuc infra num. 404.

Creatione Notarii finita, inchoat Actuarius scribere Actus Processus, & imprimis refert factam legitimationem judicii (si adest delegatus) sui que creationem in Notarium, cui præmittit competens Processus initium sequenti, aut simili modo.

In Nomine Domini Amen.

Hic est Processus Criminalis, quem ad instantiam Patris, vel Fratris Titii NN. viâ Accufationis incidere volentis formare intendit A. R. P. N. N. Minister Provincialis: cum enim coram illo comparuisset dictus Fr. N. & porrexisset libellum Accufationis contra Fr. N. volens A. R. P. Provincialis procedere prout juris, vocavit me ad suam cameram, & in Notarium publicum, quatenus pro Actuario interservire valerem, creavit, atque iuramentum de officio fideliter exequendo detulit: quod etiam in præsentia testium præstavi. Acta sunt hæc Anno. Mensis. die. loco quo supra.

Quod si verò Accufator ante libelli oblationem judicii prius orotenus, vel in scriptis insinuat quod accusare intendat, juxta dicta num. 340. Poterit initium processus ita notari.

Hic est Processus Criminalis &c. ut supra cum enim coram illo comparuisset dictus Fr. N. & orotenus

tem, vel in scriptis proposuisset, vel scripserit eadem, quod unum, vel alterum ex Zelo Religionis intendat accusare de certo, vel pluribus criminibus, A. R. P. Provincialis vero respondisset, paratum quidem se esse ad iustitiam administrandam, sed necessarium ad hoc esse, ut prius offerat libellum Accufationis in presentia Notarii publici, videret prout & interea rite formaret, aut formari faceret huiusmodi Libellum, vel certe prepararet se, ut veniente Notario ad Protocolloretenus dictare valeat, dictus Titulus discessit: ipso autem discedente A. R. P. Provincialis infra scriptum ad suam cameram, in qua suum Tribunal erexit, & in presentia testium NN. me in Notarium publicum creavit, ut pro Actuario in servire valerem, minique iuramentum de Officio fideliter exequendo detulit, quod & in presentia prefatorum Testium praestitit. Acta sunt hac Anno, Mense, die, loco, quo supra.

Dein fit suscriptio tali modo.

Ego N. Minister Provincialis  
Ego N. Testis fui praesens.  
Ego N. Testis fui praesens.  
Ego N. Actuarius.

348 Quod si verò Iudex delegatus Processum format, tunc observatis prius observandis, praemissa nempe legitimatione, & Notarii creatione Processus ita inchoatur.

In Nomine Domini Amen.

Hic est Processus Criminalis, quem viâ Accufationis informare intendit NN. Iudex delegatus: Cum enim &c. ut supra num. 347. usque ad verba: A. R. P. Provincialis alius negotiis impeditus Jurisdictionem suam super hac causa specialiter delegasset NN. Prefatus NN. Iudex delegatus ad locum NN. se contulit, ubique ante omnia se legitimaavit, faciendo ut publicè in Refectorio, vel coram Testibus NN. (si ita fieri oportet juxta dicta supra num. 342.) legerentur Litterae patentes Jurisdictionis delegate: postea me infra scriptum &c. ut supra num. 347. Acta sunt hac Anno &c.

Dein fit suscriptio ut supra.

Ego NN. Iudex delegatus.  
Ego NN. &c.

349 Initio ita factò Iudex sive ordinarius, sive delegatus (qui quoad subsequentiâ equaliter procedit) tempore opportuno vocat Accufatorem, vel accusare intendentem, eumque admonet, ut juxta extrajudicialiter proposita, vel Litteras missas, offerat modò, si in proposito manere velit, in loco Judicii Libellum, quem ille offert, Actuarius autem cuncta Protocollo inserit hoc vel simili modo. Consequenter vocatus comparuit F. Titius N. quem monuit NN. Iudex ordinarius vel delegatus, ut juxta extrajudicialiter proposita nunc in loco Judicii offerret Libellum, quem ille etiam porrexit, instando, ut acceptaretur. & prout Juris procederet. A. R. P. Iudex &c. verò illum accepit, & legit, consideransque considerandis decrevit, illud acceptare, si, & in quantum &c. provisurumque prout Juris, ita tamen, ut Accufator prius deponeret iuramentum Calumnie, vel potius malitiae, quod ille statim praestitit, ergo verò juxta mandatum A. R. vel R. N. Judicii delegati &c. Libellum Astis inserui, prout videre est in adjacenti charta sub Litt. A. Libellus: incipit &c. & desinit &c. (scribatur tenor intiti, & finis Libelli) Acta sunt hac Anno, Mense, die, loco. N. uti supra.

Ego N. Iudex delegatus.  
Ego F. Titius N.  
Ego N. Actuarius.

Notandum hîc, quod apud nos Iudex non potest acceptare Accufationem, nisi prius Accufator juret, se malo zelo ad accusandum non moveri, prout expresse habetur in Practica Crimin. Titulo, Accufatio §. III. quod iuramentum calumniae, vel potius malitiae dicitur.

Si adsunt Affectores, etiam ut illi subscribant, 350 consultum est, & quidem ante Actuarium. Per iuramentum Calumniae intelligitur illud, quod Accufator jurat, se non odio, vel animo calumniandi accusare, quod hac vel simili formâ fieri potest. Juro per Deum, quod non odio, nec animo calumniandi Fr. Matvium accusem. Ubi notandum, quod Sacerdotes tacto pectore, Laici vero tactâ sacra Scripturâ, Evangelio v. g. jurare debent; prout bene notatur in nostra Practica Criminali Tit. Inquisitio IX. §. 8.

Per Libellum Accufationis verò intelligitur Scriptura, in qua Accufator rite exprimit ea, de quibus Reum accusat. Ad quem debite formandum attendere debet Accufator, ut observet requisita ad illum juxta dicta supra §. I. num. 6. si in aliquo ex necessariis requisitis caret, Iudex illum acceptare non debet, sed monere minus peritum Accufatorem, ut defectum hunc suppleat; si non potest suppleri, illum rejicere, & à Processu superfedere debet.

Et licet sepe, praesertim in Actionibus Civilibus Libellus inarticulatus, seu sine Articulis 352 ratur, & primò post litem contestatam Articulis una cum Denuntiatione ac Directorio testium, aut aliorum mediolorum probationis Judicii offerantur, qui dein illos ante omnem examen testium communicat Reo ad hoc, ut, quid ipse negat, vel fatetur, pateat, & ut si aliquas exceptiones habet, sive contra ipsos Articulos quales irrelevantes, sive tertiae opponere valeat; tamen quia in Processu Criminali ante omnem litem contestationem, & antequam quidquam de accusatione facta communicetur Reo, testes pro summariâ informatione Judicis super Accufationis punctis praevie examinentur ad hunc finem, ut saltem semiplena habeatur probatio, & consequenter ut Reus constituatur, & legitime examinari valeat (nequit enim is constitui, vel legitime interrogari super re, quae saltem semiplene probata prius non exiit) ideo omnino expedit, & pro utili brevitate Processus omnino servit, ut statim ab initio Libellum rite articulatum, seu cum Accufationis Articulis, quos probare se confidit Accufator, ac denominatione & directorio Testium Judicij offerat.

Enimvero quamvis juxta jam dicta numer. 353 96. Accufator in libello non teneatur statim denominare Testes, & edere vel indicare probationis Instrumenta aut media, sed sufficiat, si ad probandum sub poena Talionis se obliget, & Testes, aliaque suo tempore successively producat, ne forsan citius manifestati Testes Reo, vel aliis subornentur, impediatur, terreatur &c. ipseque propter ea in probatione succumbere, & Talionem subire debeat, prout bene advertit Ludovicus de Ameno, tamen quia ordinariè nihil horum timendum est; cum Juxta Testes in Libello jam denominatos usque ad examinis, vel citationis tempus manifestare nequeat, bonum & commodum est, ut illos statim in Libello denominet Accufator, simulque exprimat, super quo Articulo, vel Capitulo quibus examinari debeat. Ad quem finem servit, si totum Libellum in Articulos, seu Capitula ordinariè dividat.

U:

354 Ut autem constet, quomodo Libellus Articulus in praxi formari debeat, subiungitur forma sequens.

Forma Libelli Accufatoris.

Coram A. R. P. N. N. Ministro Provinciali (si casu delegata est alteri, exprimitur nomen illius) comparet F. Titius N. & non odio, vel passione, nec animo calumniandi, sed juxta zelo Religionis ductus, ut videlicet delicta in uno publicè punita alios à delinquendo terreat, accusat Fratrem Matvium N. tanquam furem sacrilegum, injuriam percussorem, violentum carceris effractorem, & malitiosum Apostatam. Ponit enim Accufator, & dicit verum esse.

Primo: Quod pretiosissima monilia, & miraculosa B. V. Mariae ordinariè pendencia de pretio circiter 3000. florenorum: sicut etiam duos pretiosos calices & Sacrificia fuerint ablata.

Secundo: Quod dictus Fr. Titius N. habuerit clavem Regiam.

Tertio: Quod memoratam clavem furtive sibi fieri curaverit.

Quarto: Quod noctis tempore inopportuno, & postquam janua etiam interior jam erat clausa, visus fuerit in templo imaginem B. V. Mariae hinc inde circumspiciens, an nemo illi attenderet.

Quinto: Quod die 5. Maii hoc anno, in Mense Aprili in Sacrificia clausa fuerit deprehensus.

Sexto: Quod habeat correspondentiam litteralem cum puella Bibiana N.

Septimo: Quod apud dictam puellam praefatam monilia fuerint visa.

Octavo: Quod ipse monilia & calices reverè furatus fuerit Anno. Mense. die.

Nono: Quod Custodie causâ carceratus carceres violenter effregerit.

Decimo: Quod Fratrem Justum N. accurtenter graviter percussisset, & vulneraverit.

Undecimo: Quod ipse octo, postquam à Monasterio aufugit in domo praefatae puellae delinqueret.

Ad quae in iudicio legitime probanda sub poena Talionis se offert, & subscribitur Accufator. Insuper prout in Libello acceptetur, & prout Juris procedatur, compertaque veritate propositorum Reus juxta Juris, & statutorum tenorem puniatur. Atque hoc & omni meliori modo &c. Data die. Mense. Anno &c.

Fr. Titius N.

Directorium Probationis, & Denominatio  
testium.

Super primo constabit per visitationem Corporis.

Fr. Homobonus N. super 2do, 4to, 5to, & 7mo.

Fr. Justus N. super 2do, 8vo, 9no, & 10mo.

Servinius N. & Faber servarius N. super 3tio.

Fr. Benedictus N. super 4to, & 7mo.

Fr. Bonignus N. super 10mo.

Fr. Fidelis N. & Fr. Angelus N. super 10mo.

Super 6to. Articulo Litterae A. & B. interceptae.

Huiusmodi directionem, & denominationem Testium statim in eadem Libelli charta subiungit: nisi forsan timentet subornationem Testium; tunc enim denominationem Testium omittet, & eos suo tempore successively producere poterit, juxta dicta num. 353.

355 Porro, si unum, vel plura delicta, in quibus alium quis accusat, absque aliis iudiciis statim per sufficientes Testes, vel alia Instrumenta plene probare potest, v. g. per duos Testes omni exceptione majores, vel per unum, & propriam

scripturam Rei, non esse necesse, ut faciat Articulos de iudiciis & conjecturis, sed ipsa delicta pro Articulis ponere potest, v. g. Ponit enim Accufator verum esse.

Primo, Quod furatus fuerit pretiosa monilia pendencia è statua B. V. Mariae in templo N. Mense. die.

Secundo, quod furatus sit calicem ex Sacrificia mense. die.

Tertio, quod graviter vulneraverit Fratrem prope portam mense &c.

Testes examinandi.

Fr. N. & Fr. super 1mo. & 3tio.

Fr. N. super 2do., & super eodem Littera A. B.

De Visitazione Corporis delicti.

SUMMARIUM.

356 Visitatio Corporis delicti, facti permanentis fieri debet ante ullum aliud examen Testium, vel Rei.

357 Et quomodo.

358 Forma visitandi, & notandi Visitacionem factam.

359 Quando ad visitandum Corpus delicti requiruntur periti in arte, quid faciendum?

Seculares non adhibeantur, quando haberi possunt Regulares ex proprio Ordine.

Blato, & acceptato Libello, iuramento ca- 356 lumniae per Accufatorem praestito, & factâ horum narratione in Actis modo supra allegato, procedit Iudex ad visitandum Corpus delicti, seu ad cognoscendum, quod delictum reverè sit commissum. Et quidem, si delictum est facti permanentis, id est, relinquens post se vestigium, juxta dicta supra numer. 202. vadit ipse in persona, vel mittit suum Actuarium cum duobus testibus, & per inspectionem ocularem videt, an delictum sit commissum; si autem delictum est facti transiens, talis inspectio ocularis utpote impossibilis non fit, sed delictum unâ cum delinquento simul cognoscuntur, juxta dicta §. IV. à numer. 201.

Porro visitatio & cognitio Corporis delicti facti 357 permanentis debet circumstantionatè describi, & inseri Actis, quod vulgò dicitur visum, & reperitum: cum igitur publicè pendendum monilium ablatio, sicut & carceris effractio, ac etiam vulneratio in primo, nono, & decimo articulo Libelli propositae, sunt delicta facti permanentis eorum visitatio & cognitio facta, ita describitur.

Consequenter A. R. P. Provincialis Iudex ordi- 358 narius volens debito Juris ordine procedere, associatus à me, & duobus testibus NN. ad hoc specialiter vocatis se contulit ad visitandum Corpus delicti in libelli articulo primo propositi, visumque, & reperitum fuit, quod monilia è statua B. V. Mariae aliâs pendencia, amplius non adessent. Acta sunt hac die, Mense. Anno.

Ego Fr. N. Minister Provin.  
Ego Fr. N. testis fui praesens.  
Ego Fr. N. testis fui praesens.  
Ego Fr. N. Actuarius.

Dein habita commoditate contulit se A. R. P. Provincialis ad vulneratum Fr. Justum N. visumque & reperitum fuit, quod &c. (hic describitur locus loci, in quo est Corpus delicti, & omnes circum-  
stan-

stantie, quæ in Corpore delicti apparent v. g. de vulneratione juxta Articulum decimum) quod in prescripti Conventus infirmarya Fr. Justus N. decubavit in lecto, caput habens involutum fasciis, quibus per NN. remoris apparebat satis notabile vulnus, figura talis, longitudinis talis &c. Acta sunt hæc Anno, Mense, die, loco, quo supra.

Ego N. Minister Provincialis. Ego N. Testis. Ego N. Actuaris.

Visitato presato Corpore delicti perrexit mecum, & memoratis testibus ad visitandum Corpus delicti Articulo nono propositi, visumque & repertum fuit, quod jamus carceris in duas partes confracta ibidem adhuc jacuerit, postibus & vestibus a loco suo amotis &c. Acta sunt hæc &c. ut supra.

Ego N. Minister Provincialis. Ego N. Testis. Ego N. Actuaris.

359 Quod, si ad plene cognoscendum Corpus delicti, requirantur etiam periti in arte, prout contingere potest, debent vocari, & viso Corpore delicti, quid sentiant jurato examinari, habita prius ad id licentiâ suorum Superiorum (si seculares vel alterius Religionis Regulares adhibendi sunt) de cujus praxi vide Ludovicum de Ameno Formulario Criminali. sect. 3. nn. 4. & seqq. Ubi tamen monemus Judices, ut ad avertenda scandala, & Religionum confusiones nunquam adhibeant seculares, nec alios extra propriam Religionem, quandi haberi possunt in propria Religione; prout plerumque haberi possunt Chirurgi ad agnoscendum vulnus, si (quod Deus avertat) in Religione aliquod eorum indigerent, item boni scriptores ad comparationem litterarum &c. cum quævis Religio ferè semper similes Religiosos in arte peritos habeat.

De Examine Testium ante constitutionem Rei.

S U M M A R I U M.

- 360 Visitato Corpore delicti facit Judex Decretum ad ulteriora procedendi: & quomodo?
361 Statimque incipit examinare Testes ad hoc, ut saltem semiplena probatio habeatur ante constitutionem. & examen Rei.
362 Potest Judex, & expediat plures examinare Testes ante examen Rei, & quare?
363 Regule, & principia, que Judex observare debet in examine Testium, usque ad nu. 370.
364 Actuaris debet omnia dicta Testium tam pro, quam contra Reum fideliter scribere, & quidem in lingua vernacula Testis, in qua Judex etiam proponit interrogatoria, quamvis hoc idiomate latino scribere debeat Actuaris.
365 Si Testis est absens, quomodo citandus?
366 Si Accusator Testes in Libello nondum nominavit, jubetur ante examen, ut illos producat: & praxi. Ibid.
367 Potest autem deus simul & semel omnes vel unum post alium nominare, & producere.
368 Forma & praxi examinandi testem, & proponendi eidem interrogatoria Generalia.

- 373 Fiant interrogatoria Generalia, ut Judex a quo, & ad quem cognoscere valeat qualitates, & habitum Rei.
374 Finitis Generalibus proponuntur specialia.
375 In quibus non est necesse per multas ambages, & a longe Testem interrogare, si sit Processus ad precedentem Accusationem, vel Denuntiationem Judicalem per Inquisitionem specialem: & num. seqq.
377 Solvitur instantia: & num. seq.
378 Reus tamen per ambages interrogatur: & quare?
379 Potest etiam Testem per ambages & a longe interrogare, si ei ita videatur.
380 Forma, & praxi proponendi interrogatoria specialia.
381 Qualiter claudatur cujusvis Testis examen, & quid fiat, dum clauditur?
382 Quid, & quomodo agendum, si alicujus Testis examen non totaliter absolvitur, sed interrupti debet?
383 Modus iterum reasumendi interruptum examen unius Testis.
384 Completo examine unius vocantur, & examinantur alii, ut primus. Examen Testis 2di.
385 Testes seculares pro possibili vitare oportet.
386 Examen 3di Testis.
387 Examen 4di Testis.
388 Testis 5ti examen interruptum.
389 Interruptum, & iterum assumitur examen Testis 5ti.
390 Examen 6di Testis.

Visitato & probato Corpore Delicti debet Judex facere Decretum de procedendo ad ulteriora, sequenti aut simili modo.

Cum ex hæcenus ageretur appareat delicta Articulo nono, & decimo exposita fuisse commissa, videlicet monilia fuisse ablata, Fr. Justum N. graviter vulneratum, & carceres effraçtos &c. A. R. P. Provincialis decrevit, prout presenti Decreto decernit ad ulteriora procedere inquirendo de Delinquente per examen testium, & alia prestando, prout de Jure acta sunt hæc Anno, Mense, die.

Ego N. Minister Provincialis. Ego N. Actuaris.

Conformiter itaque huic Decreto, & ordini Juris incipit vocare, & pro informatione summaria per processum informativum examinare Testes ad hoc, ut saltem semiplenam probationem delicti, vel delictorum in Libello expositorum ante citationem, & constitutionem Rei habere valeat; cum juxta certò dicta, & dicenda Reus constitui, & legitime examinari nullus possit ante semiplenam probationem delicti contra eundem; quamvis enim Testes etiam jurato examinati ante constitutionem Rei plene non probent ad convincendum & condemnandum Reum, imò ad hunc finem ante litem contestatam a Reo nec citari & examinari valeant, claris Juribus, sed, si velit Reus, post factam ipsius constitutionem, & examinationem, examen eorum denuò repeti debeat, tamen sufficienter probant ad hoc, ut Reus constitui, & legitime examinari valeat. Quapropter examen hoc Testium, quod ante litem contestatam, & Rei constitutionem fit, est tantum & vocatur informatio summaria & offensiva, seu Processus informativus, seu potius pars illius ad hoc principaliter instituta, ut Reus legitime constitui, & examinari valeat.

Dicitur notanter principaliter ad hoc instituta, quia,

Frater N. Commissarius Judex delegatus Fr. N. &c. Salutem a Domino.

Cum nobis ab A. R. P. Ministro Provinciali delegata sit commissio in causa, quam ex lesura litterarum patentium Delegatoris nobis facte (quarum exemplar authenticum manu nostrâ ac Notarii nostri firmatum, ac Sigillo Conventus N. ubi de facto morantur, munitum hic acclaudimus (cognoscere poterit; Persona vero Reverentie vestre NN. nobis in causa hac sit necessaria, harum serie in virtute Obedientie eidem precipimus, ut assumpto socio per Superiorem locum assignando, ad Nos quamprimum se conferat. Sub eodem præcepto etiam Superiorem locum injungimus, ut Reverentiam vestram cum Socio Religioso ad Nos dimittat. Date die, Mense, Anno, loco &c.

Fr. NN. Commissarius &c.

Si Superior, vel subditus prævideretur inobediens, possent citationi tres dilationes termini inferri, ita, ut si intra illos non obediatur, poenis contumacis, aut rebellis subiaceat.

Ceterum, si Testis est præsens, per quemvis ad locum Tribunalis vocari potest; qui tamen, si recusaret venire, juridicè citari deberet, modo supra dicto, metatis mutandis.

Porrò, si Accusator Testes in Libello nondum denominavit, jubetur illos adducere et sic denominare speciali Decreto Actis inferendo v. g.

Quandoquidem Accusator nullos adhuc nominavit aut produxit Testes, vocavit ipsam N. Judex &c. & mandavit, ut eos produceret (si verò Accusator est absens, qui alius videtur consulunt, ut in scriptis mittatur illi Decretum, tunc loco vocavit dicitur) Ideò N. Judex presenti Decreto mandat eidem, ut illos producat. Acta sunt hæc Anno, Mense, die, loco.

Ego N. Minister Provincialis. Ego N. Actuaris.

Accusator autem habito Decreto potest testes vel simul, vel unum post alterum denominare, si timet, ne simul nominati sobornentur, terreatur &c. & quidquid facit, notat Actuaris, v. g. Accusator autem precepto mandato respondit, se denominaturum quidem Testes, verum ex justa motivo non omnes simul, sed successivè unum post alterum examinationem, prout etiam primum denominavit NN. Postea incipit examen Testium modo, quo sequitur.

Vocatus igitur coram A. R. P. Provinciali NN. comparuit Fr. Homobonus N. Testis a Paxte productus, qui delato sibi juramento de dicenda veritate, quòd tacito pectore more Sacerdotali, vel talis sacris paginis (si est Laicus) premissa adhortatione debitè deposuit, ut sequitur.

Testis primus Homobonus. Ad Interrogatoria Generalia.

1. Interrogatus: Quomodo vocetur? Respondit, vocor Fr. Homobonus.

Notandum, quòd quamvis depositiones seu responsa Testium debeant scribi idioma materno, & consequenter apud nos Germanicè, tamen hic exprimentur latine, ex eo, quia non quivis Lector linguam Germanicam intelligit.

2. Interrogatus: Cujus ætatis existat? Respondit, ago annum quadragesimum.

3. Interrogatus: Ubinam existat de Familia, & quomodo? Respondit, sum per 4. annos in hoc Conventu. N.

quia, si Reus repetitionem illorum Testium non desiderat, consequenter illos pro ritè examinatis habet, etiam ad convincendum, & condemnandum Reum plene probare valet, ut bene observat Ludovicus de Ameno in Practic. Criminali. Tit. Quam forent VII. quest. 2. num. 15. & alii. Huic

362 Provide facit Judex, si in Summaria informatione ante constitutionem Rei tot examinet Testes, quot etiam ad plenam probationem sufficiunt, ut, si deus Reus illorum repetitionem non urgeat, nec contra alique legitime excipiat, sine ulteriori examine ad convincendum etiam & condemnandum Reum sufficere valeant.

363 Porrò ut Testes tam ante, quam post constitutionem Rei ritè examinentur, sequentia bene observet. Primo, an Testis non sit inhabilis ad testificandum. Quinam autem Testes sint habiles, & qui inhabiles, habes ample Lib. II. Tit. XX. de Testibus, ac etiam in Practica Criminali. nostra Tit. XV. Testes. Ad cognoscendum autem, an sit habilis, juvat præmittere interrogatoria Generalia modo infra ponendo num. 372.

364 Secundo, ut statim ante initium examinis exprimat, an Testis ex Officio sit assumptus, seu ab Accusatore productus, vel examinatus.

365 Tertio, ut ante examen eidem imponat juramentum de dicenda veritate, ipsique moneat de obligatione, quam habeat ad dicendam veritatem, & qualis Deo, justitie, & proximo injuria interatur, si veritas taceat, vel mendacium in judicio profertur.

366 Quarto, ut omnes singillatim, & non duos simul examinet; alias examen esset nullum.

367 Quinto, Bene facit, ut interrogatoria, que Testibus proponere intendit, prius in separatâ scheda, Testi tamen non manifestanda annotet, pro adjutorio memorie, debet etiam adlaborare, ut clara & distincta habeatur depositio Testis, qui, si vacillare, vacitare, aut tergiversari videtur, adhortatione urget, & interrogatoriis fatigari debet, interrogando etiam; Quare modo ita deponit, cum prius aliter dixerit? quomodo poverit hoc esse, stante tali circumstantia, quâ asseruit &c.

Sexto, debet Judex quemvis interrogare de causa scientiæ, id est, unde sciat hoc, quòd deposuit: Et hoc interrogatorium fieri solet, etiam jam pateat ex depositis causa scientiæ; quia evitari debet; proponitur autem tali modo: Interrogatus in causa scientiæ. Resp. &c. Si autem jam constat de ea Resp. Intellectum; supra nempe.

Septimo, summopere, & sub pœna nullitatis cavere debet ab interrogatoriis suggestivis, id est talibus, quibus quasi suggeritur Testi, quid respondere debeat.

368 Octavo, debet Actuaris dicta, seu depositiones Testium tam pro, quam contra Reum fideliter scribere, & inserere Actis; & quidem lingua vernacula, ac quantum fieri potest, de verbo ad verbum, vel saltem genuinum sensum deponentis. Pariter debet Judex interrogatoria in lingua vernacula proponere Testibus, & aliis; Actuaris verò inserit illa Actis idiomate latino.

369 Nono, si Testis est absens, & ipse Superior Major tanquam Judex ordinarius format Processum, potest ipsum vocare per litteras familiares Missivas; quod idem facere potest Judex delegatus, si putat, quòd Testis ad has sit statim comparituros; si verò indicat, vel ipsum Testem non venturum, vel Superiorem ipsius localem non datum licentiam ad comparandum ad solas litteras familiares, debet illum citare juridicè sequenti modo.

4. Interrogatus: Cujus conditionis, vel Officii existat? Resp. Sum Sacerdos in hoc Conventu.

5. Interrogatus: An sciat, vel imaginari sibi possit causam vocationis sua huc? Resp. Non.

Si responderet, se scire vel imaginari sibi posse, debet Judex mandare, ut edicat causam, qua manifestata si prebet ansam ulterius interrogandi, an forsitan non fuerit subornatus? debet Judex id facere; si autem talis ansa non prebetur, pergit rellqua Generalia interrogare.

6. Interrog. An noscat Fr. Mevium?

7. Unde aut quomodo noscat ipsum?

8. Interrogatus: An non sit sanguine junctus Fr. Titius? Resp. sum quidem, sed in quinto gradu.

9. Interrogatus: An non habeat inimicitiam cum Fr. Mevio? Resp. Non.

10. Interrogatus: An non ab aliquo instructus, requisitus, aut rogatus fuerit, quid, vel quomodo responderi debeat? Resp. Veni quidem ad me Fr. Titius. N. & rogavit me, ut testimonium perhiberem de Ego, addidit tamen, se nihil deservire, quam ut nudam veritatem deponam, prout coram Deo & in conscientia meo.

11. Interrogatus: An non convenerat testis inter se, quid, & quomodo respondere vellent? Resp. Collocuti quidem sumus de hac re, sed quibus dixerat, se deponiturum, prout coram Deo, & in conscientia notitiam habet.

Hec sunt potiora Generalia interrogatoria, quae proponi solent ad videndum, an non Testis sit inhabilis, aut exceptionem patiens; Et quamvis non nulla iam sint nota Judici de Teste, v. g. nomen, aetas, officium, Conventus ipsius &c. tamen desuper interrogari debet, ut etiam Judex ad quem cognoscatur qualitates Testium casu, quo forsitan ad ipsum appellare contingeret.

Ceterum licet plura alia interrogatoria Generalia formari possent, v. g. An hoc anno saltem semel communicaverit? An non fuerit excommunicatus? An nunquam processatus? &c. tamen si de his aperte constat, iis omisissis subjungitur ultimo interrogatorio.

An reliqua Generalia restet.

374. Finitis interrogatoriis Generalibus proponuntur Testi à Judio Specialia, praemissa Rubrica, super quo Articulo examinandus erit: ubi notandum, quod quamvis plures DD. genericè moneant, Testes non statim debere interrogari nude, vel crude de Reo, vel illius delictis in specie, sed prius in genere & à longè, ac per ambages, donec successivè veniatur ad ipsum delictum, de cuius etiam circumstantiis loci, ac temporis postea indagandum erit.

375. Verum DD. loqui videntur in casu, quo Processus instituitur per viam Inquisitionis generalis, aut mixtae, vel specialis ex mero Officio, non autem quando instituitur Processus & Inquisitio specialis per viam Accusationis, vel Denuntiationis judicialis, oblato Libello ritè articulo. Cum enim in his duabus viis delictam, & Delinquens judicialiter jam sit manifestata, & Judex non procedat ex mero Officio, sed ad instantiam Partis, quae debet satisfactionem praestare, si in probatione deficiat, nulla videtur necessitas prius in genere, ac per ambages, & à longè interrogare de delicto, & Delinquentem, praesertim si Libellus Articulus, seu cum articulis, & denominatione Testium offeratur juxta formam supra nu. 354. specificatam; siquidem communis Tribunalium

praxis habet, ut Testes denominati super Articulis oblati, non per ambages & à longè, sed factis interrogatoriis generalibus immediate & directè interrogentur, an sciant Articulum, qui eis prelegitur, esse verum; dein interrogentur de causa scientiae, circumstantiis, comestibus &c.

Accedit, quod Inquisitio specialis in hoc essentialiter differat à Generali & mixta, quod in his generaliter tantum, in illa verò specialiter indagatur de delicto & Delinquentem; consequenter, necesse non est, ut in Inquisitione specialis ad instantiam Partis accusantis, vel judicialiter denuntiantis instituta, Testes de delicto & Delinquentem in genere, & per ambages interrogentur, sed possunt de eodem statim in specie juxta tenorem Accusationis, vel Denuntiationis interrogari, praesertim si Libellus verè Articulus offeratur, dummodò veniatur suggestiva interrogatoria.

Nec dicas, hoc ipsum esse interrogatorium suggestivum, si Testes statim in specie interrogentur de delicto & Delinquentem, v. g. An Fr. Mevius vulneraverit Fr. Justum? L. 1. §. Questionem ff. de Question. Resp. distinguendo. Antecedens, est interrogatorium suggestivum in Inquisitione Generali & mixta, vel specialis ex mero Officio, conceditur; in speciali autem ad instantiam Partis cum denominatione Testium, instituta, negatur, hoc ipso enim; quod in hac iam prelupponatur tot indicia, aut probationis media, ut probati valeat, interrogatorium de delicto & Delinquentem in specie fieri potest, praesertim si Libellus Articulus cum designatione Testium offeratur.

Dices, Reus etiam in Inquisitione specialis non statim in specie & directè, sed à longè & per ambages interrogatur de delicto; ergo nec Testis. Resp. negando. Consequens & pariter. Disparitas est; quia, cum de publica agatur vindicta, prudenter timetur, quod, nisi is à longè interrogatur, & capiatur in sermone, crimen negaturus, & veritatem celaturus sit; secus in Teste, cum enim de causa ipsius non agatur, praesumendum est, eum propter alios perjuriam in publico iudicio non commissurum, sed veritatem abique hoc, quod à longè, & per ambages inducta, edicturum.

Si tamen placet Judici, & ex aliqua ratione expediens ei videtur, etiam Testem per ambages & à longè interrogare, liberimè id facere poterit. Cuiusmodi interrogatoriorum formulas super diversis materiis abundè habes apud Ludovicum de Amano in Formulario Criminali, sect. IV.

Ceterum conformiter dictis post interrogatoria generalia Judex statim descendit ad specialia: Et quidem si Libellus Articulus fuit oblati, ut supra numer. 354. praelegitur prius Testi Articulus, & interrogatur, an sciat Articulum esse verum? Actuarius autem cuncta inserit Actis modo sequenti.

Ad specialia super Articulo 2.

1. Interrogatur, an sciat Articulum esse verum? Respondit: Scio, Articulum esse verum.

2. Interrogat. In causa scientiae? Resp. Quia ipsemet eam vidi apud illum.

3. Interrogat. Quando, & quà occasione eam viderit apud illum? Resp. Ante viginti circiter dies, perdidit enim meam clavem ad cellam, & absente R. P. Superiore localem aperire, & intrare non valens lamentabar coram Fr. Mevio; dixit ille ad me; si sine cura, ego iam aperiam; arreptaque ex sacro clave Regia cellam meam aperuit.

4. Inter-

4. Interrogatur, de Contestibus? Resp. Fr. Justus etiam profertur erat.

Et quoniam idem Testis super Articulo 4. & 7. fuerat designatus, super istodem etiam statim examinare illum voluit A. R. P. Provincialis. Et quidem

Super Articulo 4.

1. Interrogatur, an sciat Articulum esse verum? Resp. Articulum esse verum quoad omnes circumstantias.

Notandum, quod quando unus Articulus habet plura membra, prout habet quartus iste supra nu. 354. specificatus, (dicit enim, quod nocturno tempore, janua interiori jam clausa, prope Altare B. V. M. in templo hinc inde circumspiciens, &. Manu fuerit visus) debet Judex Testem non tantum praelegere Articulum, sed ipsum monere, ut ad omnia bene attendat; imò expedit, ut de membro ad membrum interrogetur, ne quid ex inadvertentia affirmetur: Quomvis enim non sit necesse, ut singula interrogatoria de membris Articuli exprimentur in Actis.

2. Interrogatur de causa scientiae? Resp. vidi ipsum meis oculis.

3. Interrogat. de Contestibus? Resp. eram solus; quia dum ex Officio volebam visitare Ecclesiam, an nemo ibi lateret, deprehendi Fr. Mevium: auctori quidem esse etiam aliquem supra in Oratorio, sed ignoro, quis fuerit, & an etiam viderit, Fr. Mevium.

4. Interrogat. Quid dixerit ad Fr. Mevium ita deprehensum? Resp. Interrogavi eum, quid ipse hinc tam serò faceret? ad quod ille: habui ex certa causa confidentiam ad B. V. Mariam.

Super Articulo 5.

1. Interrogatur, an sciat Articulum esse verum? Resp. utique scio.

2. Interrogatur, in causa scientiae? Resp. quia ipsemet deprehendi ipsum.

3. Interrog. De Contestibus? Resp. eram solus.

Super Articulo 7.

1. Interrogatur: An sciat Articulum esse verum? Resp. Articulus est verus.

2. Interrogat. In causa scientiae? Resp. Vidi ipsemet tam calices nostros, quam monilia B. V. M. apud memoratam Bibianam: diu enim ante tres septimanas Sacrificia lineae quaedam paramenta lavanda portarem, & hypocaulium intrarem, erat cista illius semper aperta, in qua vidi duos calices involutos, & partem monilium non satis cooperitorum.

3. Interrog. Quomodo scire, & dicere possit, fuisse nostros calices, & monilia, cum non plene viderit? Resp. Hoc colligo inde; partim quia ipsa utpote paupercula calices, & monilia aliunde habere non potest: partim quia est valde suspecta cum Fr. Mevio, cum quo solo illum solam tempore importuno in illa distincta Capella N. deprehendi: partim quia, ut audio, ex literis Fr. Mevio ad eam missis, desumitur.

4. Interrog. An & quid propterea locutus sit ad Bibianam? Resp. Dissimulavi, cogitans, quod prius vellem indicare Superiori.

5. Interrog. Num indicaverit Superiori, & quid ille resolverit? Resp. Omnino indicavi ei, qui, audita narratione mandavit mihi, ut illico iterum accederem & inprimis bonis verbis, dein minis conarer, ut sateretur, unde habeat, & iniuste accepta restituit: Obedi, sed nil effecti, illa enim cuncta negabat, dicens, nec calices, nec monilia in suam domum venisses, ad quod dum ego repopulo, tamen ego vidi illos in cista, illa statim aperuit cistam, & permixto me omnia monstrare, sed nihil amplius inveni, absconderat enim alibi.

6. Interrog. de Contestibus? Resp. Fr. Benedictus Reiffentuel Jus Can. Tom. V.

semper erat mecum, quando fui apud puellam Bibianam.

7. Interrog. An nihil aliud haberet dicere ad propositum? Resp. Non.

Quando examen alicujus Testis finitur, debet Actuarius Testi praelegere factam suam depositionem, ad hoc, ut addere, minuere, vel mutare valeat, si ex majori reflexione id forsitan necesse judicaret. Casu quo autem in uno vel alio quid minuit, addit, vel immutat, debet Actuarius inserere Actis. Depositionem dein suam sibi praelectam jubetur Testis subscribere; & silentium de depositis in examine servare. Hinc universalis formula conclusionis in quocunq; examine Testis est sequens,

Quibus habitis si & in quantum acceptatis, ad mandatum A. R. P. Provincialis praelegi memoratam Testi suam depositionem: cui cum nec addere, nec demere quid voluisset, iustus est subscribere (si Testis est Laicus scripturae ignarus, facit locò subscriptionis manu propria signum Crucis, & locò iustus est subscribere, dicitur, iustus est manu propria formare signum Crucis, utpote litterarum ignarus) addito formali obedientiae precepto, servandi secretum de depositis in hoc examine. Acta sunt haec die. Mensis. Anno. loco.

Ego Fr. Homobonus deponit, ut supra.  
Ego Fr. N. Minister Provincialis.  
Ego Fr. N. Actuarius.

Si verò addere, vel demere, aut mutare quid vult; etiam notatur in Actis, & post illa verba praelegi Testi suam depositionem, ponitur, cum audisset, dixit, in illo loco, ubi sonat &c. addatur, vel dematur, vel ponatur &c. recordor enim, quod fuerit ita &c. dein fit subscriptio.

Quod si examen unius testis vel interveniens negotium aut impedimentum, vel temporis circumstantiam interrumpitur, ita ut absolvi nequeat, debet in Actis notari sequenti modo.

Quoniam ob hanc tarditatem, seu ob ingens negotium A. R. P. Provincialis examen praefati testis complete expedire non potuit, decrevit illud ad interitum terminare animo tamen id ipsum opportuno tempore iterum reassumendi, & persciendi, Testis vero praelecto sibi examine, acceptisque, si, & in quantum ipsius depositionibus subscribere iustus, & inposito silentio dimissis fuit, salvo jure &c. Acta sunt haec, mense, anno &c. loco.

Ego Fr. N. Testis affirmo ut supra.  
Ego Fr. N. Minister Provincialis.  
Ego Fr. N. Actuarius,

Quando postea iterum reassumitur, & continuatur examen ejusdem Testis prius interruptum, sequenti modo registratur in actis.

Die. Mensis. Anno. loco.  
A. R. P. Provincialis volens continuare examen Testis N. ex causa praefata interruptum, vocari illum coram se fecit, & denuo obtulit juramentum de dicenda veritate, quod ille deposuit racho &c. ac ulterius respondit, ut sequitur.

8. Interrogatus: &c.  
Si verò examen unius testis completur, fit clausula uti supra n. 381. & vocatur, examinaturque alius testis sequenti modo.

Testis secundus Fr. Justus N.  
Quia hic Testis ob vulnus ad constitutum locum Tribunalis venire non poterat, A. R. P. Provincialis me socio accessit illum in infirmary decubentem, qui deposito juramento more Laicis conjuncto deposuit, ut sequitur.

Ad Generalia.

E